D. O. M. A.

EPIGRAMMATA

In laudem
Moribus & eruditione insignium
XV. VV.
dum in alma Academia Cracouiensi
V. Non. Martij.

A

Rndo & Cl. V. D. ANDREA SCHONÆO, I. V. & S. Th. Doctore & Professore, SS. Floriani, & Georgij Custode, eiusdem Academiæ Procancellario, &c.

Licentiati in artibus & Philosophia, solenni actu, in Procerum frequentia pronunciarentur.



Studiosi Academiæ eiusdem, officij causa cecinerunt.

CRACOVIÆ,
In Officina Typographica Andreæ Petricouij.
Anno Domini, 1608.

GRATVLATIO ACADEMIÆ: CVM INVOCATIONE MVSARVM.

V Ates Phœbe, pater Vatũ, reſonabile carme N
I ncipito; Cytharãq; tuam perſtringito dextr A.
V ates Phœbe, pater faueas, ædemq; ſacrata M
A ggreditor: pręſentẽ actũ tua numina adornẽ T.
S icelides Muſæ plauſus pars maxima adeſt E:
A c de vernanti nectentes flore corolla M,
C ondecorate comas Iuuenũ: penetralia cant V
A ltiſono complete: tonent modulamine voce S.
D eſine ſingultus Academia deſine: læt A
E xprime mente iocos: exultent mænia geſt V:
M utato ſtatum lachrymoſi temporis: E ug E
I n melius, doctûm nam mẽbra ſepulta reſurgũ T.
A nnorum mater, vinces, Academia, mult A
M illia: quotquot erunt natis Academia viue T:
A eternumq; ſuas lauros extendet in æuu M.
T itan dum populos ortu luſtrabit Eo O.
E t freta dum current, Viues Academia mate R.
R eges concedent lauro, regumq; triumph I.

Albertus Lepus Candid.

EPIGRAMMATA.

Egregiis ac eruditis XV. Viris, Artium & Philoſophiæ Licentiatis.

1. ALBERTO SIEMCOVIO.

DOctiſonos reſonare modos, cantusq́; ciëre
Sarmaticis aſſuete iugis, Craciq́; viretis,
SIEMCOVI, ô cultor: quem dux ſapientiæ Apollo
Ducit ad æternos Muſarum laude penates.
Eloquio, genio, paucis pietate ſecundus,
Præcedis: te alij meritò comitantur euntem:
Accipe depictum lauro cum bacchare ſertum,
Et primas teneas, ceu ductor in agmine partes.

Venceſlaus Iurkovviecki,

2. ALBERTO CERVINO Warſchauien. Anagramma.

VIRTVS ALBENS CVRÆ.

A *lma propago Sophũ, Phœbo gratiſsima quæ nũ* C
L aurea ſerta capis, munera digna ten E.
B lãdiloquus nec Apollo tibi hæc donare moratu R.
E t quæ cuncta fouet, Pallas amica ſin V.

 Reſpi-

R espicis Astrorum cursus ratione sagac I:
T oto ALBENS VIRTVS CVRÆ erit orbe tame N.
V iues ergo diu, superando sæcula fruct V:
S tabit & hic meritis, non periturus hono S.

Andreas Laskovvski.

3. IACOBO CVREVIC.

SItu quæsieris, cur nitidas Laurus habet comas
CVREVI: patriæ qui decus est, sydus & vnicum,
Virtus, & studium; pro meritis præmia suscipit:
Idcirco decorat Palladio munere tempora.
Nam vitæ probitas ingenio iungitur optimo,
Arcanum Logices contulit huic lucrificus labor.
Hinc cuncti attoniti respicient pectora candidi
CVREVIC, vigeas donec erit Phœbus in æthere.

Nicolaus Opacki.

4. IOANNI MILKOWIO.

PRæclaros iuuenis depromit dignus honores,
Præclarus doctum concomitatur honos.
Prudens in rebus, solers, studioq; labore,
Alta cuncta vigil condita mente tenens.
Te decorat Phœbus, decorat te cætera turba,
Pierides Musæ, Lechiadumq; chorus.

Non

Non ego ſed Muſæ hæc: Muſas reuerenter habeto,
Sic nunquam Aonidûm, te grauis ira premet.

Iuſtus Słovvikovvski.

5. ZACHARIÆ STARNIGIEL.

MAgna trophæa ferens, meruiſti nomen, honorẽ,
Aſſiduiq; manet ſuaue laboris onus.
Nec mihi tam felix Xerxes Dariusq́; fuêre,
ZACHARIAS quàm vnus, quẽ Dea ſacra fouet.
Dulciſonis libris Graiorum, ardebat amore
Impallens longo, nocte dieq́; ſimul.
Aſt dum ſtabit honos Sophiæ, dum gloria verbis,
Damna mali ſuperet laus tua: perge virens.

Ioannes Roscicki.

6. THOMÆ BRZOZOWIO Xiazen.

GAude Muſarũ cultor, placidiſſime THOMA,
Gaude, te meritus concomitatur honos,
Laurea ſerta tibi iuſtè non aurea dantur:
Namque vires genio, laurus vt ipſa viret.
Clarus Apollo fauet, praxim vocemq́; ſonorum
Donans: & numeris ſtringere verba iubens.
Ergo præclaro eloquij dotatus honore,
Laurea ſerta ferens, concine miles Iô.

 Stephanus Raſzovvski.

7. ALBERTO MIROWIO.

HVc ades ô virtutis amãs, ALBERTE MIROVI,
Huc properes Phœbi, chara propago sui.
Omine felici Stagyreum sumito sertum,
Post senos iuuenes dignus habere locum.
Talia magnanimis victoribus obuia quondam
Munera sæpe dabat Martia Roma suis.
Hæc ferto felix, longum valeasq; per æuum,
Nulla timet Musis, sæcula partus honos.

Albertus Crasicius.

8. IOANNI MIERNICOVICIO.

NIL est quod te angat soboles gratissima Phœbo,
Nilq; quod excruciet cor animumq; tuum.
Nam tua fama replet Parnassi culmina montis,
Et doctrina tua est, ingeniumq; sagax.
Laude tua celebri meruisti laurea serta,
Dignus eras, tantus cui tribuatur honos.
Te referunt Musæ, viues dum robora tellus,
Dum cælum stellas, dum vehet amnis aquas.

Albertus Opatouicensis.

9. BALTASARO BILINSKI.

O Soboles Phœbi, & Musarum chare sodalis,

Atene-

A teneris annis multus ſudorq́, laborq́,
Attulit ecce tibi fructum, laudemq́ perennem,
Pulchro virtutum & doctrinæ flore niteſcis,
Artibus ex rectis pulchro decoraris honore,
Cœpiſti pulchrè, vigeas felicibus auſis,
Namque tuæ laudes, nomenq́ manebit in æuum,
Ocia blanda caue, î virtutis tramite recto.

Fridericus Radominski.

10. ADAMO BETKOVIO.

T*Er trinus numerus, doctū præcedit* ADAMVM,
Gaudens BETKOVI, *gaudia ſume noua.*
Ordine te decimum comitantur quinque ſodales,
Lætus BETKOVI *laurea ſerta cape.*
Chryſyppi nexus voces bis quinque feruntur,
Hæc calles, decimum ſumito iure locum.
Quiq; nouem, decimus, Muſas, exornat Apollo,
Phœbi ſtirps decimum, ſumito iure locum.

Gaſpar Wisniovvski.

11. IACOBO VSTIENSI.

I*Ngenio præſtans, claro & virtutis honore,*
Quem Muſæ ſtudiis excoluêre ſuis.
Viue, tibi portant, benè non reſonantia metra,
Euboicos optant te ſuperare dies.

Adueniat clarus siluis cytharædus Apollo,
Subtiliq́ sopho præmia digna ferat.
Adsint & Musæ dulces, faueantq́ Camenæ,
Quæ laudare velint, dona JACOBE tua.

Martinus Báránski.

12. ALBERTO GNIAZDOSZA.

Allade Sarmaticis splendens Academia regnis,
Gaudet de natis tempus in omne suis.
Craciades Musæ linguis animisq́ fauentes
Exultant: subitò læticiaq́ fremunt.
Namque alios inter cernunt te ALBERTE sodales,
Cernunt Phœbicolam, deliciasq́ suas.
Cum quibus & certas genio, & virtutis amore,
Virtutem sequitur digna corona satis.

Alexander Mikulinski.

13. NICOLAO LENCICENSI.

Iure tibi is virtutis honos debetur amicus,
Vixisti studiis inuigilando bonis.
Musa tibi est cordi, porrò natura benignum
Miteq́ largita est & docile ingenium.
Olim te Phœbus blandis aspexit ocellis,
At nunc pro meritis gaudia digna parat.

Ergo

Ergo Palladio totum te trade labori,
Qui fuerat facilis, cedet & ipse tibi.

Adamus Bogusłavvski.

14. SIMONI ZARCENSI.

NON *sic resplendet Regum diademate vertex,*
Taliter aut lustrat Cinthia clara plagas.
Ut tu doctrinæ radiato lumine fulges,
ZARCENSI, *cuius nomen ad astra veho.*
Te meritò auricomus semper miratur Apollo,
Doctrina illustris diceris ore virûm.
Virtutemné prius meritis mirabor? an artes?
Doctrina & virtus sat benè iuncta nitent.

Ioannes Fabricius.

15. IOANNI LOZOVICIO Casimirien.

O *Rdine postremus, magno sed primus honore*
Es meritò tanti gloria clara chori.
Nam veluti miles finem relegatur in ipsum,
Qui potior fuerit viribus arte simul.
Excelsi te sic animi Thymbræus Apollo
Collocat, ut reliquos condecorare queas.
Est facile ingenium, mores, elataq; frons, mens,
Sicciné Apollo pater, fine coronat opus.

Petrus Zdrovvski. *THO-*

THOMÆ BRZOZOWIO,
Secundam Lauream in Acad: Cracouien: accipienti,
GRATVLATIO.

AVrea ſi retulit deuictis vellera monſtris
  Aeſonides, primus qui rate legit aquas.
Si tulit Alcides poſt duros dona labores,
  Si Circęa Deus templa canorus habet:
Quid tibi nunc referam, Sophiæ qui culmen iniſti?
  Corporis ac animi, quod ſuperâre labor.
O THOMA capias, quos dat tibi Phœbus honores,
  Quæ cumulat Pallas, præmia digna cape,
En iam nata Iouis, cingit tua tempora lauro,
  Accipe pro meritis, laurea ſerta tuis.
Accipe, namq; tuum ſtudium, generoſaq; virtus,
  Hoc meruit ſacræ laudis habere decus.
Suſcipe virtutis, viridi de flore coronam;
  Debentur dignis, prœmia digna viris.

Alexander Ráſſowſki.

EIDEM.
Honor labore acquiſitus perpetuò manet.

NOn ſic belligerûm celebrata eſt fama virorum:
  Nec quatiunt doctæ, dulcia plectra Deæ.
Dum Mars ſternit amens, Turcas, genteſué feroces:
  Frigida quos rigidis educat vrſa plagis,
Quàm dum ſerta capis, proles caſtiſſima Phœbi,
  THOMA BRZOZOVI nobile ſtemma ferens.
Sponte tuo quoniam dabitur, laus maior honori,
  Cantabunt nomen, ſecula longa tuum.

Te Sta-

Te Stagyrę [redacted] primum Xians arte magiſtrum,
Te fert æthereas noſcere ritè domos.
Te Phœbus, Pallas, gremio quoque, Candide, Suada
In proprio natum ſpontè aluêre ſinu.
Laurum igitur THOMA Sophię comprende ſecundam,
Crede viret nullo Laurus aduſta gelu.

Alexander Zydowſki.

EIDEM.

MAgna canant docti: modulabor carmine paruus,
Parua tibi THOMA: eſt cui parta licentia Lauri.
Sis clarus, Lauro, viuas, Suadâ, occine, plectro,
Laude, vige, Sophia, delectes, voce, ſonato.

Nicolaus Felicianus Czerny.

Rndum D. D. ANDREAM SCHONÆVM, Academia alloquitur.

O Decus Aoniæ ANDREA SCHONEÆ cohortis,
Qui CancellarI munera magna ſubis.
Sit tibi laus, honor, atq; decus per ſecla perenne,
Qui nunc terquinos Laureæ honore beas.
Namq; ego defectum non amplius alma verebor,
Cùm tu ſubſtituis ſemina docta virûm.
Ergo nunc per te ſuperabo Neſtoris annos,
Viuens egregiis iugiter aucta viris.

Paulus Miroßowſki.

CARMEN DEDICATORIVM.

ÆThereis donis, claro vos fecit in orbe
Laudibus inſignes, docta Minerua, viros.
Gratus ego ſubitò, vobis atteſtor amorem,
Digna labor doctis, prœmia ſemper habet.

Ingenio

Ingenio vestro non est mea digna Thalia,
Ast illorum, qui carmina docta ferunt.
Vota cano, ingenio multorum: paupere vena,
In lucemq; rudis Musa venire timet.
Laudes, quæ iussit vestras ad sidera ferre
E multis, vnus pauper alumnus ego.
Ecce inuenta libens profert iuueniliter ausa,
Metra quibus notam mentis habere cupit.
At rude si lectu cernetis carmen ab ore,
Parcite: nam in magnis sat voluisse fuit.

Præslaus Rupniowski.

Ad Venerab: D. M. ALBERTVM MILEIVM, *Collegam Minorem, Astronomiæ Professorem, Præceptorem suum.*

INcrepitas versus excussos fortè Magister,
Excusant tanti gaudia rara boni.
Cur tandem? stimulat plaudens, ACADEMIA MATER,
Et fœcunda facit, pectora gratus amor
Hinnulus in medio saliens velut agmine gaudet,
Sic animus matri plaudit: ouatq; simul.
Ignoscent augusta tibi loca: diiq; locorum,
Metra iuuentutis qualiacunq; legent,
Teq; liturarum haud pudeat præceptor amande,
Commoda cultus ager post meliora dabit.

Albertus Lepus Cand.






Biblioteka Jagiellońska
stdr0027270